Post mortem iosue con-
suluerunt filii isrl' dnm:
dicentes. Quis ascendet
ante nos cōtra chana-
neum? et erit dux belli.
dns. Iudas ascendet. Ecce
tradidi terrā in manu eius.
Et ait iudas symeōni fratri suo.
Ascende mecū in sorte mea·et pugna
cōtra chananeū:ut et ego pergam tecū
in sorte tua. Et abiit cū eo symeon. As-
cenditq; iudas·et tradidit dns chana-
neum ac phereseum in manus eorū:
et percusserunt in bezech decem milia vi-
rorum. Inveneruntq; adonibezech
in bezech:et pugnaverūt cōtra eum.ac
percusserūt chananeū et phereseū. Fu-
git aūt adonibezech:quē persecuti com-
prehenderūt·cesis summitatibz manu-
um eius ac pedum. Dixitq; adonibe-
zech. Septuaginta reges amputatis
manuū ac pedum summitatibz colli-
gebant sub mensa mea ciborū reliqui-
as:sicut feci ita reddidit michi deus. Ad-
duxeruntq; eū in iherusalem:et ibi mor-
tuus est. Oppugnantes ergo filii iuda II.
iherusalē ceperūt eam·et percusserunt in
ore gladii:tradētes cūctam incendio
civitatem. Et postea descendentes pu-
gnaverunt cōtra chananeū qui habita-
bat in mōtanis:et ad meridiē in cam-
pestribus. Pergensq; iudas cōtra cha-
naneū qui habitabat in hebron·cuius

**Gutenberg Bible, Volume 1, Page 114v**

Harry Ransom Center: Gutenberg Bible Primary Source Education Module
http://www.hrc.utexas.edu/exhibitions/education/modules